



**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1620

Deiparæ miracula quædam admirabilia ex Pelbarto, num. 24.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](#)

precaretur Dominum, vt sibi apud dulcissimum matrem suam dignaretur favorem, & gratiam obtinere, cui ipsa, vt sibi videbarur, nunquam debitum obsequium exhibuissⁱ; Dominus se summa cum blanditate in amplexus matris amicissimos declinans, exhibuit ipsi omnem filialem dilectionem, qua vñquam erga eam affectus fuerat, dicens: Recole Domina Mater amantissima, quo peccatoribus ego propter te sim propitiatus, & respice hanc electam meam eo affectu, ac si omnibus diebus vita sua tibi pluita, summaq^z deuotione seruisset. Ad quod virginea Mater quasi tota liquefacta, & in melleam dulcedinem resoluta: se totam huic cum beatitudine sua ob amorem filij videbatur impendere. Hæc ibi.

DEIPARÆ MIRACVLÀ
quadam admirabiliæ ex
Pelbarto.

24 **Q**VANTA portio ex deuotione erga Virginem utilitas dimanat, ex cōpluribus exēplis, ac miraculis, quæ sparsum in hoc opusculo narrantur, satis constat: sed minimè reticenda censeo tria illa, quæ Pelbartus de Temesuar Ordi Pelbartus, nis Minorum in libro quem Stellarium

C

corona

30 Rationes quare Deipara

corona glorioſa Virginis nuncupauit, & Si-
xto I V. Pontif. Max. qui sedit anno 1471.
olim dicauit, narrat libr 12. part. 2. artic. 1.
quibus ostendit Virginem sanctissimam
ſuis deuotis, vt non sine confessione la-
cramentali ex hac vita decedant, procu-
rare conſueuisse: quæ ne quid adderem,
aut detraherem, ijsdem ſuis verbis mihi
referenda existimaui, ex quibus duo po-
ſteriora ſuo tempore accidiffo, ſibiq; fa-
tis cognita eſſe teſtatur; cum enim velleſ
Virginis deuotionem ſignum eſſe præ-
deſtitutionis, ſeu ſalutis probare; vbi
auctoritatibus, & rationibus id demon-
ſtrasset, in eiusdem veritatis confirma-
tionem tria hęc miracula addidit, ait er-
go in hunc modum.

Quidam
capite ab-
ſcissus Vir-
ginis fau-
re conſite-
tur, quia
ſabbato ie-
uinarat.

Anſelm.

Oſtenditur conclusio prætracta ex mi-
raculis, & reuelationibus: nam refert
Anſelmuſ libro miraculorum, & hoc idem
narratur etiam in libro, qui intitulatur
Scala Cœli, quod quidam fuit princeps
latronum, qui quonam ſabbato cum ve-
niſſet ad domum cuiusdā mulieris pau-
peris, vidit ieunantes filias mulieris, &
etiam ipsam mulierem, & requiſiuit, cur
die ſabbati ieunarent; At illa respondit,
quod didici (inquit) à quodam Sancto
viro prædicante, quod quicunque ieū-
nat ob deuotionem beatæ MARIAE in
ſab-

& Si-
1471.
riic. i.
mam
ne sa-
rocu-
rem,
mihi
po-
q; sa-
vellet
præ-
vbi
non-
arma-
it er-

mi-
efert
dem
atur
ceps
ve-
au-
, &
cur
dit,
sto
iu-
in
ab-

sabbatis, merebitur confessionem face-
re in articulo mortis, & non decedet si-
ne gratia veræ pœnitentiæ, atque dam-
nationem euadet: tunc ille latro ait: **E**t
ego voueo beatæ Virgini, quod quam-
diu vixero diem sabbati iejunabo, quod
cum fecisset continuè, accipit post mul-
tos annos, vt iste latro caperetur in sce-
lere, & sine dilatione decapitatus est: ec-
ce mirum, ipsum caput præcisum, cœ-
pit continuè clamare, & dicere: **C**on-
fessionem, confessionem, confessionem: stu-
pefacti homines, qui aderant, ad villam
miserunt pro sacerdote, qui veniens ca-
put ipsum vniuit corpori, & tunc latro
ait: **H**oc bonum ad reuidentiam beatæ
Virginis, inquit, feci in vita, vt ieju-
nam sabbatis; & dum facta decapitatio-
ne, diaboli vellēt rapere animam meam;
affuit beata Virgo, quæ animam meam
nō permisit exire de corpore meo quo-
usque contritus sim plenè, & confessus,
vt damnationem euadere valeam, & sic
confessis omnibus peccatis suis, ac po-
stulatis deuotè suffragijs, mortuus est:
Porro homines hoc videntes magnifi-
cauerunt Deum, & laudauerunt CHRI-
STI clementiam in B. Virgine. sic Pelbar-
tus. **H**oc idem exemplum paucis mu-
tatis in Normania accidisse refert Tho-

*Leiunium
sabbati.*

Pergit idem Pelbartus narrare alia
duo.

Morientis 25 Plura, inquit, alia miracula ad ipsum
mili is a- attestantia referuntur à sanctis Patribus
nimia in pristinis temporibus facta: sed quoniam
cadavere manus Domini non est abbreviata, his
seruatur. etiam nostris temporibus certa accide-
quousque runt miracula, ad id fidem facientia. Ni-
p'urimos mirum fide dignis viris, qui affuerunt, &
post annos viderunt referentibus, didici, quod cum
peccatorū ad partes Transalpinas Imperator Sigis-
confessionem mundus (qui anno 1437. obiit) bellando
expietur. accessisset, contigit inibi quandam mili-
tem cecidisse; post multos autem annos
cum iterato idem Imperator partes ad
illas cum exercitu accessisset; ecce om-
nibus audientibus vox quasi fletus scili-
cet, ac lugubris sibilationis cœpit inso-
nare. Cumque cuncti quid nam foret,
mirarentur; de mandato Imperatoris ce-
perunt inquirere inter vepres, silvasque
& lucos circumadiacentes; & ecce re-
pererunt quoddam cadaver iacere in
quodam rubro putrefactum adeo quod
increcentes iunci, & spinæ veprium,
ipsum pertransiendo penetrauerant, &
ex illo cadavere sonus ille flebilis audie-
batur resonare, ynde clara voce ait asta-
tibus,

tibus, & quid foret, conquirentibus, dicens: Habetis ne Presbyterum, cui confitear, afferte mihi Domini. Ego etenim iam ante annos plures in bello S. gismundi Imperatoris miles fui, & in hoc laco pugna corruisti: sed quoniam B. Marie in vita mea semper deuotè seruui; ideo etsi meritis fauientibus id mihi à D. o concessum est, & donatum in sericorditer, ne anima mea è corpore ipso iam penè consumpto, & tab facto dissolueretur, ut damnationem aeternam euaderem: unde tota anima mea in me tenetur, nec mori possum, donec plenè confitear: quia habeo damnabilia crima, que commiseram. & pro veritate huius confirmandas, mox ut confessus fuero à sebili sibilo hoc meum cadaver cessabit, anima dissipata, qua usque modo miraculosè est per Virginem beatam retenta. Tunc obtulerunt ei Sacerdotem, & facta confessione, ac absolutione, mox resoluta anima, vocis illius sonus cessauit: & tunc tam Imperator, quam omnes, qui aderant, Deum, & B. Mariam laudauerunt. Ecce ergo miraculum.

16. Item vidi quandam oculis virum, Vir in fluo qui fide mediante asseruit se fuisse una uio demer cum duobus socijs nauigantibus, & a suis ne quis subintrantibus in medio flumine lerū dam Danubij submersum; alijsque natando naretur,

C 3 euaden-

post tri-
duum in
columis
euasit.

34 *Rationes quare Deipara*
euadentibus, ipse solus in profundum
descendit, eo quod natare ignorauit: &
eidem in profundo facta est vox dicens:
*O homo, ecce mori deberes, & quia peccata
habes damnabilia, deberes damnari: sed ex
quo seruuiisti B. Mariae matris Dei, en dona-
tum est tibi ut libereris, & peccata con-
fearis. Cumq; sui socij enatantes in villa
propè existente, apprecciatis pescatores
adduxissent, qui hunc, quem credebant
suffocatum in flumine, requirerent: cùm
tribus illum diebus quæsiuissent, nec re-
perissent, & iam vellent abire, ecce illis
videntibus de profundo fluminis, ad ri-
pam homo concendit, & gesta narravit
arque mox ad confessionem faciendam
ad me deuenit. Patet ergo quoniam qui
B. Mariæ seruit, saltem in morte ad peni-
tentiam, & confessionem faciendam da-
bitur ei gratia, ac damnationem eu-
dendo perueniet ad regna cœlestia.*

Hactenus ex Pelbarto ad
verbum.

C A